Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dnus ad moysen dicens, Tolle
virgam et congrega plebem tu et
aaron fratrem tuum et loquimini
ad petram coram eis, et illa dabit
aquas. Cumque eduxeris aquam
de petra, bibet omnis plebs et iu
menta eius. Tulit igitur moy
ses virgam quae erat in conspectu
domini sicut praeceperat ei, congrega
ta multitudine ante petram
dixitque eis, Audite rebelles
et incredduli. Num de petra
hac vobis aquam poterimus
educere. Cumque elevasset moy
ses manum, percussis virga
bis silice egressae sunt aquae
largissimae, ita ut plebs bibe
ret et iumenta. Dixitque dnus
ad moysen et aaron, Quia
non credidistis mihi ut sanc
ificaretis me coram filiis israel,
non introducetis hos populos i
terram quam dabo eis. Haec est a
qua contradictionis ubi iur
gati sunt filii israel contra dnum
et sanctificatus est in eis. Gradualе.
Iudica domine nocentes me expugna
nantes me apprehende arma et scutum
et exurge in adiutorium mihi. V. Effunde
hastam et conclude adversum eos qui persequuntur me.
dic animae meae salutem tua ego sum salus tua. Sequentia sancti evangelii secundum iohannem.
In illo tempore venit ihs in ciu
tatem samarie quae dicitur sichem
iuxta praedium quod dedit iacob
filio suo ioseph. Erat autem
ibi fons iacob. Ihus ergo
fatigatus ex itinere sedebat
sic super fontem. Hora erat quasi
sexta. Venit mulier de samaria
haurire aquam. Dicit ei ihus,
Da mihi bibere. Discipuli
enim eius abierant in civitatem
ut cibos emerent. Dicit ergo
ei mulier illa samaritana, Quo
modo ergo tu iudeus cum sis
bibere a me poscis quae sum mulier
samaritana. Non enim coutuntur
iudei samaritanis. Respondit ihs
et dixit ei, Si scires donum dei
et quis est qui dicit tibi, da
mihi bibere, tu forsitan pe
tisses ab eo, et dedisset tibi aqua
viuam. Dicit ei mulier, Domine ne
que in quo hauries habes, et
puteus altus est, unde ergo ha
bes aquam viuam. Numquid tu
maior es pre nostro iacob, qui
dedit nobis puteum hunc, et
ipse ex eo bibit et filii eius et
pecora eius. Respondit ihus, et
dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua
hac sitiet iterum. Qui autem bibe
rit ex aqua quam ego dabo ei, non
fiet in eternum, sed aqua quam
ego dabo ei, fiet in eo fons aquae
salientis in vitam eternam. Dicit
ad eum mulier, Domine da mihi hanc
aquam ut non sitiam, neque veniam
huc hauriri. Dicit ei ihs, Vade
voca virum tuum, et veni huc.